

8 OBSERVAT SIDEREÆ

metros a nobis remotū, tā ex propinquo intueri, ac si per duas tm̄ easdē dimensiones distaret; adeo vt eiusdē Lunæ diameter vicibus quasi terdenis, superficies vero noningentis, solidū aut corpus vicibus proxime viginti septem millibus mai⁹ appareat, q̄ dum libera tm̄ acie spectatur: ex quo deinde sensata certitudine quispiam intelligat, *Lunam superficie leni & perpolita nequaquam esse indurā, sed aspera, & inaequali*, ac veluti ipsiusmet Telluris facies ingentibus tumoribus, profundis lacunis, atq; anfractibus vndiquaq; confertam existere.

Altercationes insuper de *Galaxia*, seu de *Lacteo circulo* substulisse, eiusq; essentiam sensui, nedum intellectui manifestasse, parui momēti existimāndum minime videtur: insuperq; substantiā Stellarum, quas *Nebulosas* hucusq; Astronomorum quilibet appellavit, digito demonstrare, longeq; aliam esse, quam creditum hactenus est, iucundū erit, atque perpulcrum.

Verū, q̄ omnem admirationē longe superat, q̄ue ad monitos faciendos cunctos Astronomos atq; Philosophos nos apprime impulit, illud est, q̄ scilicet *Quatuor Erraticas Stellis* nemini eorū, q̄ ante nos, cognitās, aut observatas adinuenim⁹, q̄ circa Stellam quādam insignem e numero cognitarum, instar Veneris, atq; Mercurii circa Solem, suas habent periodos eamq; modo præeunt, modo subsequūtur, nunq̄ extra certos limites ab illa digredientes. Quæ omnia ope Perispicilli a me excogitati diuina prius illuminante gratia, paucis adhinc diebus reperta, atque observata fuerunt.

Alia